

Johann Wulfius

Monumentum Sepulcrale Quod ... Dominae Dnae. Rebeccae Natae Stedingiae Viduae Warnstedianae ...

Gustrovi[i]: Scheippel, 1678


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774674830>


Druck Freier  Zugang



Sufow, D.,
auf
N. v. Steding,
Chefr. des C. D. v. Warnstädt.
Güstrow. 1678.

37.





Monumentum Sepulcrale

Quod

Generosissimæ, pranobili & omnis Generis Virtu-
tibus Fulgidissimæ

DOMINÆ
DNÆ. REBECCÆ
NATÆ STEDINGIÆ
VIDUÆ WARNSTEDIANÆ

Magnâ bonrum omnium consternatione, ino-
pinâ aut beatissimâ morte 13. Calendar. Decembr.
anni superioris vergentis inter multa magno cum Cor-
dolio adstantium ex intimis Cordis penetralibus ad
DEUM emissa suspiria Orbi miserrimo Butzovii placi-
dissimè ereptæ, funerisq; solennibus & supremis hu-
manitatis officiis ibi nobilissimâ, honestissimâ pompâ
Christiano more tertio Iduum Martii Anni Orbis per
Christum redempti cō Ioc LXXIIX celebratis,
monumento suo hereditario deinceps, quod
est in Æde Brulensi, quâ ossa infe-
rendæ

Æterno devotissimi obsequii

Testimonio

Sacrat

JOH : WULFIUS.

GUSTROVL, Typis SCHEIPPelianis, Anno 1678.

Grandi decoretur Fanum Cupresso!
Altis signetur Cedris!
Cecidit
Eheu!
Cedris altior, Cupresso pulchrior,
MATRONA,

Et stemmatis & Virtutis decore decoratissima;
Ex Genere generosissimo generata,
Nulli indefleta

Omnibus Grata, Chara, placida
Cecidit,

DOMINA GENEROSISSIMA

DNA. REBECCA

NATA STEDINGIANA

VIDUA VVARNSTEDIANA

Hæc, inquam, Cecidit, in quam Natura
Quicquid est Venerum ac Gratiarum,
Ceu Zeuzis in Venerem suam contulit,
Splendore Nobilitatis, Candore mentis, amore pietatis
Ter felix

Castâ, Verecundâ, Moratâ,

Quæ in pulchritudine haut virtutem, sed pulchritudinem
in virtute desideravit,

Svavitate, sapientiâ, svaviloquentiâ, sanctimoniâ vitæ
Ter fausta, Ter decora;

Sexus sui omnium virtutum claritudine maximè clara,

Quodq; magis mirere,

Veram quia semper verè reverita fuit verecundiam

Vera REBECCA

Susanna & Hanna,

Quæ Templum frequenter frequentans diversa adversa
Toleranter sustinuit, nec lugendo sed lugendo dispulit,

Absolutum & splendidum feminei sexus

Speculum & spectaculum,

Ubiq; splenduit, dum splendida fugit,

Superbiæ multiformi malo inimica

Rem tituli sepulcro dignam censuit,

Non laborare in titulum sepulcri;

Et

Et cultrix Virtutis & remuneratrix,
Locuples erat sine injuria ullius,
Liberalis sine ostentatione,
Religiosa sine superstitione
Suis benefaciendo,

Hinc

De seculo haut quicquam auebat, quæ seculo major existerat;
Benigna in omnes uti Tabea cujus fit mentio in sacris,
Pretium & opes sibi diuinitus datas in inopes & egenos
effudit

Lunæ instar, quæ Lumen à sole acceptum
mundo refundit

Ædes diuinas & erexit, & renouauit, & restaurauit;
Cujus luculentum exemplum est Templum
in Bibovv quondam fundo hereditario,

Nunc ad Generosissimum Dominum Generum Satrapam
Præfecturæ Lupzenlis admodum spectabilem

Jam insigniter moestum spectante;

Sed Eheu, impenetrabile Fatorum Penetrabile!

Tot dotibus Conspicua

Et ad summum virtutum cardinem euecta

Ut nos secum trahat, nos deserit,

Vah deserit!

Et lamentabile MEMINI relinquit.

Lugent, Eheu! Mœstissimæ Filiæ desideratissimam Matrem,

Generosi Generi fidissimam Socrum,

Nepotes & Neptes Charissimam Aviam,

Et præter ultimum Amantium munus cum nihil possint,

Lacrymas donant.

At

Colligite Vos, Patimini Vos adlevari,

Temperent instar Nephentis Homerici luctum vestrum

Gravissimum tempora præsentia, quibus proh! circumdamur,

Ostendite Generosi Generi semianimi Familiæ animum integrum

Et Vestrum erit,


Nec secundis flecti, nec aduersis frangi.


Excipite Tempestatem scopuli instar nec cedite,

Dolorem insolabilem, nec recedite,

Quid

Quid enim Coelum intueno, lacrymæ funduntur,
 Coelitus datam, coelitus esse ereptam?
 Cui mortalium displiceat, quod placere intellectum est immortalis?
 Qvis modum methodumque agendi præscribat ei, qui est super omnem legem?
 Cui supera infera subjacent
 Aut deliri, aut impii est cum Coelis rixari velle,
 Sors igitur ferenda est.
 Quid plangimus occidisse,
 Quæ vivere incipit
 Et vitæ proemia capit, ÆTERNITATEM.
 Durat perpetua ejus in terris supra terras memoria,
 Nec tam finit mortalitatem
 Quam Æternitatem inchoat.
 Quem sequi didicit Viva, affecta est moriens
 CHRISTUM
 à quo
 Ex lugenti Campo in sempiternam felicitatem,
 Ex instabili stabulo ad animas coelestes translata,
 Ubi pro amplexu Filiarum & propinquorum
 brachia Redemptoris JESU
 Et Ter Numinis sinus exceperet,
 Patrio à quo exulabat solo restituta, n.
 Cecidit,
 Sed anno calamitatibus omnibus insigni,
 Decidit,
 Sed ut Crucis Rosa;
 Desiit,
 Sed in tolerabili adhuc senectute, fessis instar viatoris è semita;
 Transit,
 Sed per Januam vitæ ad vitam ipsam;
 Nos tamen, ne fama desinat, monumentum hoc
 Currente in obsequium calamo morti objicimus,
 Quamvis Mors ipsa piissimè functam
 Perennayerit concumulando.








Christliche Reich-Predigt.

Herr / Ps. 134. Kommet her zu dem
Schatten / daß ihr auff denselben mög
und bauen / dessen Gnade und Wahrheit
waltet in Ewigkeit; Ps. 117. Der euch
in seiner Hütten zur bösen Zeit / euch be-
bergen in seinem Gezelt / und euch er-
heben in einem Felsen / Ps. 27. Kommet her ihr
Israeliter unter den Wolckenschatten
der euch aus dem Egypten dieser W-
wil in das Himmlische Canaan. Kom-
Jesus / alle die ihr mühselig und bel-
wil euch erquickten / Matth. 11. Kommet
noch hoch Tag ist / ehe gegen den Abend
niß und der Schatten des Todes groß
6. v. Luc. 1. v. 4. 79.

Nun der du kommest / ich will dich
wie vormahls Boas die Ruht: Der
gelte dir deine That / und müsse dein
kommen seyn / bey dem Herrn
Israel / zu welchem du kommen bist
unter seinen Flügeln Zuversicht hatt

Von dem Behüten redet der
ganzen Psalm durch; als; Der di-
tet schläffet nicht. Der He-
tet dich; Der Herr behüte



the scale towards document

v. 7
v. ult.
v. 6
v. 28
v. 12